



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

XIII. De sacerdotibus qui vexati cadere videntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ciliari non meruit, raptim a præfenti vita mors ma-
 turata subduxerit: iuxta papæ Leonis edictum: His
 qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis
 instantia, præsidium pœnitentiæ, * & mox recon-
 ciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda
 est, nec reconciliatio deneganda: quia misericor-
 diæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tem-
 pora definire. ^q De his autem qui accepta pœniten-
 tia, antequam reconcilientur, ab hac vita recesser-
 rint; quamquam diuersitas præceptorum de hoc
 capitulo habeatur, illorum tamen ^r nos sententias
 placuit sequi, qui multiplices numero de huiusmo-
 di humanius decreuerunt; vt ^s & memoria talium
 in ecclesiis commendetur, & oblatio pro eorum
 dedicata spiritibus accipiatur.

26. quest. 6.
His qui.
Leo epist.
91.

Concil.
Carth. IV.
cap. 79. &
26. q. 6. per
totam.

* ex more

XIII.

Concil. Eli-
beritanū c.
29. & Pius
papa. i. d. 33.
cōmuniter.

Bene quidem ^r maiorum regulis definitum est,
 vt dæmoniis aliisque similibus passionibus irretitis
 ministeria sacra tractare non liceat: cui præcepto
 consensu rationis adhibito, id communiter defi-
 niuimus, vt nulli de his, qui aut in terram arrepti
^u a dæmonibus illiduntur, aut quolibet modo ve-
 xationis incurfibus efferuntur, vel sacris audeant
 ministrare altaribus, vel ^{*} indiscuffos se diuinis in-
 gerant sacramentis: exceptis illis qui variis cor-
 porum incommoditatibus dediti, ^{*} sine huiusmodi
 passionibus in terram approbantur elisi. Qui ta-
 men & ipsi tamdiu erunt officii sui ordine & loco
 suspensi, quousque vnus anni spatio per discretio-
 nem episcopi inueniantur ab incurfu dæmonum a-
 lieni.

* indif-
cuffi

* in